



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

IV. Ceßio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

mos est, tradi præcipiat. Venerabilis  
vir ille defensor, & ordo curiæ dixe-  
runt, Gesta cum à nobis fuerint sub-  
scripta, & à venerabili viro illo  
amanuense edita, tibi tradantur ex  
more, ut facilius quod superius in-  
sertum est diuturno tempore ma-  
neat inconuulsum.

## IV. CESSIO.

**L**atores legum sanxerunt, vt  
quicquid vnuſ quisque alteri  
cesserit, profiteatur ſe tantum rem  
cessisse, vel concedere, & ſola vo-  
luntas illius, aut ſcriptura, aut teſti-  
bus cōprobata pro omni firmitate  
ſufficiat. Igitur ego in Dei nomine  
ille, fideli noſtro illi: cedo tibi, à die  
præſente cefumque in perpetuo eſ-  
ſe volo, hoc eſt villam iuris noſtri  
nuncupantem illam, ſitam in pago  
illo, in condita illa, cum terris, ædifi-  
ciis, accolabus, mancipiis, libertis,

vineis, syluis, pratis, pascuis, aquis,  
aquarumue decursibus, mobilibus  
& immobilibus cum omnibus ap-  
penditiis, suisque adiacentiis, cum  
omni supraposito, vel quicquid in  
iam dicto loco à die præsente tene-  
re & possidere videor. Ita ut quic-  
quid exinde facere volueris, iure  
proprietario, liberam & firmissimā  
in omnib. habeas potestatem, quia  
malo hoc te habere quam me, plus  
me quam cæteros hæredes meos.  
Et si fuerit, aut ego ipse, aut ullus de  
hæredibus meis, vel quælibet per-  
sona, quæ contra hanc cessionem  
aliquid refragare, vel calumniā ge-  
nerare præsumperit, illud quod re-  
petit non vindicet, & insuper con-  
tra cui litem intulerit sol. tantos cō-  
ponat. Et hæc cessio meis, vel bono-  
rum hominum manibus roborata,  
cum stipulatione subnixa, diurno  
tempore maneat inconuulsa.